

illud Testamentum habet legitimam Codicillorum solennitatem : ratio est : Quia Juramentum facit actum eo modo , quo fit , invalidum , transfundi in alium actum , qui valere possit , ideò necessarium est , adhibitam fuisse solennitatem , quæ huic actui possit sufficere .

3. In Juramento Testatoris , non autem juramento heredis , n. 14.

Aut (2.) eos vocavit , quos ardentè & summoperè adamavit , l. in Testamento . 38. ibiq. Gl. verbo debuisset de Fideicom. lib. Tiraq. in l. si unquam verb. libertis . n. 103. Mant. de C. U. V. lib. 1 t. 9. n. 8. Petr. Greg. d. loc. vers. suppletur. Sim. de Præt. d. l. n. 39. & seqq. Böer. decis. 34. inf. Harpr ad d. §. 1. 7. b. n. 7.

Aut (3.) Inter liberos disposuit , argum. l. fin. C. Fam. ercisc. Vasq. de S. P. lib. 3. §. 30. n. 19. vers. quintò intellige. Mant. de C. U. V. d. t. 9. n. 5. Harpr. d. l. ratio est : quia id , quod ex animo nostro pendet , intelligimur facere omni jure modoqve , quo meliùs facere possimus , ad hoc ut actus valeat . l. 3. de milit. Testam. voluntasqve disponentis , quæ legibus non repugnat , pro lege servatur , Arism. Tapat. Comp. decis. t. 596. c. 3. Hæc qve dispositio cum sit introducta ob favorem liberorum . Dom. Magdal. par. 1. cap. 16. n. 22. & seqq. qui etiam si Testamentum conditum non esset ex naturali quadam succedendi ratione , l. cum ratio naturalis 7. pr. ff. de bon. damn. ob votum parentium , l. Julianus . 26. §. 1. ff. Si quis omissa caus. L. Scripto 7. §. 1. unde liberi ad hereditatem maximè debitam vocantur , l. fin. §. si quis verò , 2. inf. ibiq. Gothofr. verb. debita . C. b. l. cum furiosus 7. §. fin. verò ibi : quasi debita C. de curat furios. L. un. vers. æquè ex diverso C. de impon. lucr. descript. d. l. 7. de bon. damn. d. l. 7. §. 3. unde liberi . Dom. Magdal. d. loc. valdè privilegiata est , ut post multos demonstrat Sim. de Præt. all. loc. n. 37. & seq. Lex enim consultum voluit simplicitati & incuriæ , quâ pleriqve Parentum inter liberos solent ultima elogia componere , & quidquid quocunqve modo illi ordinassent , ratum esse firmumqve voluit , non aliter , atqve foret , si nulla unquam forma in Testamentis aut Codicillis componendis à lege reperta esset . Verba sunt Vasq. de Succ. Progr. lib. 3. §. 30. n. 43. Modo ista dispositio liberos non egrediatur , Vasq. d. l. n. 35. vers. quid si Testamentum . Vid. Dauth. cit. loc. n. 430. Aug. Barbof. Claus. 21. n. 5. Carpz. par. 3. const. 4. def. 38. n. 8.

Aut deniqve (4.) ob piam causam quid reliquit Hartm. Pistor. lib. 4. q. 9. n. 19. Harpr. ad §. 1. 7. b. n. 7. adeò ut & hæc dispositio planè non sit regulis Juris Civilis subjecta . Job. Dauth. d. l. n. 425. lit. c. Obpiam